1332. d 22. Febr.

# Sigismundus Rex Poloniae

Rmo in Christo Patri Hieronymo de Ghinuc- 35
cijs Episcopo Vigorniensi Curiae Causarum Camerae Aposto-
licae Generali auditori ac Sentent. et causarum in Curia
Romana latori Generali executori et Judici Ordinario
Amico sincere Nobis dilecto.

Rmde in Christo Pater, amice sincere Nobis dilecte
Declaravit Nobis Venerabilis Stanislaus Rzeczyca
juris doctor et Basilicae beati Petri minor Penitentia-
rius ac sollicitator isthic apud Sanctam sedem Nostrae
Rem Vestram in expeditione extensionis Bullae, ordi-
nariorum Regni Nostri in favorem Nostri concessae stu-
dium et propensionem suam erga nos, declarasse pro-
quo et ejus officii gratos Nos esse cognoscat, agimus et
habemus illi gratias non vulgares benevolentiaque et gra-
tificatione Nra Regia et quod ejus in Nos propensio-
nis agnovimus cumulate, illi refferre curabimus mo-
do illa hunc quem cepit affectum erga Nos, gerere et
Operam negotiis Nostris Commodare non desinat.
Bene Valeat Paternitas Vestra et sit semper fe-
lix

Cracoviae Die 22. Februarii Anno Domini 1332.
Regni vero Nostri 26.